Pacta et Foedera nova inter S. R. M. Poloniae et Serenissimum Daniae Regem facta, quorum in praecedenti Instructione sub signo literae A. fit mentio.

In nomine Sanctissimae atque individuae Trinitatis Amen.
Notum testatumque sit in universum omnibus, atque seorsim
singulis quorum aliquando notitia habituris. Quod cum Rex
Sueciae Ericus nulla unquam à quoquam Rege offensus
aut provocatus seu lacessitus injuria, Sanctissimum illud dulcis-
simumque optatissimum pacis, concordiae, ac publicae tranquillitatis
et amoris vinculum rumpens in Regna, provincias, ditiones et
dominia Sereniss. potentissimorum Daniae Norvegiae atque Po-
loniae Regum et Dominorum nostrorum clementissimorum caeca
quadam libidinis sua cupiditate debacari atque saevire in-
ceperit populosque ditionibus illarum subjectos terra marique infesta-
re, et sine ullo Christianae pietatis discrimine lacerare atque op-
primere ferro ignique persequi ac suam potestatem truculenter re-
digere subigereque praesumpserit. Eo tandem ocitatis, ut etiam ca-
lumnia utrasque Mtes affecta nomen etiam suum Sereniss. Mtum,
per se alioquin semper antehac et ubique gentium laudatissimum
tum et integerrimum celebratissimamque illarum Mtum famam
convitijs afficere atque diminuere fuerit conatus. Qui cum
ab ipso suo iniquo, injusto impioque et Principe Christiano
indignissimo proposito atque instituto justissimis rationibus
et amicissimis ac sanctissimis admonitionibus tum et con-

venientissimis